

§. 45. Etiam illa de *dextra*, ut honoratiore iloco, imaginatio, in scripturam infertur, non ex scriptura, unde debebat doceri, profertur. Cui Catechismus Romanus suam superstruxit explica- Conferun-  
tionem, supra §. 38. Et Germanica Editio habet pag. m. 54. Jodoc. tur Ca-  
Lorichius in Thesauro p. 596. notat: *Ceterum ex hoc loco colligitur: tech.*  
*occupare latus SINISTRUM, esse locum HONORATIOREM & TU-* Rom. &  
*TIOREM, tametsi homines contrarium obseruent. In margine poni-* Lorichius.  
tur signum: NB. Catechismus Romanus ex eo, quod homines obser-  
vant, explicationem suam instituit. Lorichius, contra observatio-  
nem hominum, locum sinistrum, honoratiorem esse, colligit. Sa-  
tis vero de hoc, supra §. 13. & 28.

§. 46. Addimus, ut disputationem hanc finiamus, quædam *Testimo-*  
*testimonia, quæ veritati expositæ propiora sunt, quibus, uti illa qui-* nia.  
dem verbis concepta sunt, etiam confirmare eandem possumus.  
Petr. Canisius in opere Catechet. p. m. 20. de fide & symbolo Petr. Ca-  
Quæstione XIX. *in cælum ascendisse, UT SECUNDUM NATURAM* nisii.  
*HUMANAM super omnia exaltaretur, & unus omnium maxime ab*  
*omnibus celebraretur. Sedet igitur Dominus JESUS in cælis ad dex-*  
*tram VIRTUTIS DEI PAREM cum Patre potestatem exercens, gubernan-*  
*nans omnia, DIVINAQUE MAJESTATE resplendens penitus: quod*  
*est nimis ad Patris sedere dextram.*

§. 47. Fridericus Nausea, Episcopus Viennensis, in Catechis. Frid.  
libr. 2. d. XII. Artic. Fidei, p. m. 25. *Sedere autem Christum ad dex-* Nausea.  
*tram Patris, est, esse, habitare, gloriarique ibidem quiete & pacifice, IN*  
*ÆQVALI PARIQUE SECUNDUM ETIAM HUMANITATEM*  
*Deitati conjunctam, judiciaria potestate cum Patre, &c.*

§. 48. Conradus Clingius Catechism. libr. 2. c. 40. p. 130, 131. Conradus  
quomodo sedeat ad dextram Patris sui, David Prophetæ, Psalm. 109. de- Clingii.  
claravit, inquiens: *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, id*  
*est, Pater dixit Filio incarnato in ascensione POST victoriam mortis &*  
*peccati ac Satanae, sede, id est, Esto rex & Dominus super omnia, SICUT*  
*EGO. Igitur sedere ad dexteram Patris, est omnem potestatem habere in*  
*cælo & in terra: & sic Christus nunc est Dominus & rex omnipotens con-*  
*stitutus a patre, cui omnes creaturæ in cælo & in terra subjectæ sunt, an-*  
geli,